

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

rosa est radix, pugni aliquando magnitudine, palmum aliquando longa. Ad caulis exortum, radices fibrose plures prodeunt, qua per terram sparguntur, his primo vere alii exurgunt caules, aliæque tuberosæ adnascuntur radices. Tot vero se tuberibus propagat, ut ad unam plantam hyberno tempore erutam ultra quadriginta tubera notatit *Baishinus* ad l.c. cit. *Dioscor.*

CAPUT XXXIX.

DE SINAPI, SATYRIO
& Saxifragia majore.

Sinapi Saccato obductum, vel cum melle pro bellatis appositum, experimentum tutum in defecu ingenii ab humiditate statuit ar. *Horf. l. 2. de sanit. tuend. cap. 1.* Hoc condimento laxatus gurgilio cito contrahitur. Pythagoras proin in honore habuit, quod præter valetudinis conservationem, in altum quoque feratur, & in arcum illam divinæ rationis ac mentis stationem potenter concendat. Hujus intinctum ex musto confectionum, inquit *Pansa theor. spon. de pror. vit. c. 51.* Cunctis literatis præsettim hyemis tempore commendato. Cum totum corpus calefaciat, venulas Mesataicas aperiat, & deductionem Chyli in epat promoveat. Nihil enim capitri salubrius, quam ventrem laxum sibiisque propitium habere. *Satyrion* herba ad rem venereum mitifice pollet, attacta tantum. Sepiuageno compressu definit in Indo, qui attulerat; duodecimo in aliis. *Theophrastus*. Hunc similis est *Cynosorchis*, cuius radix major flatuosa turgens materia, Venerem excitat; minor reprimit. *Saxifraga* major in monte Baldo nascitur, ex vivo & durissimo prodiens lapide, & antiquis urbium mœnijs. *Mathiol. ad l. 4. cap. 15.* Radix in petris adeo pertinaciter concluditur, ut non nisi mucronatis ferramentis evellectur. Vim habet expellendi calculos. Certe illius potu in numeris ex uno tantum ejecti sunt, fabæ quidam magnitudine.

Arist. In Orcadibus insulis fere omnes geminos imo trigeminos pleraque partus edunt. *Boëtius.* Mollissimi quamvis corporis, expertes tamen pestilentia. *Columella.* Visa rabie vexari, quam rabida vacca cornu perierat. Putredinem in visceribus in Anglia contrahunt, si aestatis pluviosis in uligine pascantur, rotemque ligant. *Gesner.* Duvam herbam in Gallia si comedent, animalia nigra in jecore concipiunt, hinc morbus incurabilis. Duva autem vocatur Gallis in Normandia herba similis lapatho, sed angustioribus foliis, & semper erectis, nervo medio fere rubente caulinis. *Gesner.* Aqua palustris pota, hirudines folliculis inclusas ibidem parit; sesquidigitu longitudinem obtinent, latitudine ad longitudinem fere dimidia. *Gesner.*

C A P U T XXX.

DE ORYGE & PANTHERA.

Oryx inter caprarum sylvestrium genera à *Plinio* recensetur. Ad ottum accende Luna, intensis in eam oculis vociferatur, idque illius odio fieri affirmant, quod prioribus pedibus terram effodiatur; & suas velut pupillas humi desigat pungens. Idem in exortu Solis fieri existimant. Quemcunque in deserto locum aquis scatentem invenerit, haustu sumto labris iubar, lurumque commiscet aquæ, ac pedibus in eam pulverem conjicit, ne alicui ad potum idonea existat. Tam grato odore perfunditur *Panthera*, ut cunctas folliciter quadrupedes, sed quia torvi simul capitis, terrentur. Hinc occultato accedunt, & corripuntur. Lunæ illis similis in armo dextra macula. Ad natum illius crescit in orbem & cavit cornua. *Albert.* Semel in vita parit, si authori libri de natura rerum, credimus. Nam cum in utero matris coaluere catuli, oderunt temporis moras. Itaque oneratam satibus matricem, unguibus lacerant. Illa partum effundit, dolore cogente; postea, corruptis sedibus genitale semen non hæret acceptum. De ea tradit *Demetrius Physicus*:

Lacen-